Quelle:
Copyright:



Joañis Valkenberg articulig.

= de. De Joañe de Falkaberga, seu Falekenberch fuse agit Quetif de Script. ord. Prædic. T. I. pag. 760.

His scedulis adjectæ sunt propositiones seu articuli, quos obtulit "Fr. Johañes Valkenberg ordinis prædicatorum Magister in sacra pagina de Polania /: Polonia ?:/ Dud Rege Romanorum et Ungarie," et ex quibus elucet, eum magis favisse Gregorio XII. quam Joanni XXIII. Tenor primi articuli est: "Nec Gregorium jure suo nec Benedictum suo si quod alter eorum ad papatum habuit, pisis congregati potuerunt privare". Numero sunt novem; quibus additum: et sic est finis. vi=

Historia Alexandri Magni.

6.

Historia Alexandri Magni. Initium est: "Incipit "Historia magni Alexandri Regis Macedonie Viri "dilectissimi ac potentissimi. Sapientissimi namque "egipcy Scrutantes mensuram terre, atque undas "maris demirantes et celestium ordinem cognoscentes" etc. Constat foliis 48. et finitur in hoc verba: "Igitur "Magnus Alexander trementem sub se mundum ferro pres"sit. principes vero ejus post mortem ipsius infra "Xiiij años dilaniaverunt et velud optimam predam "magno leone prostratam. rapaces discerpere catuli. "idem. Seipsos invicem mutatos in rixam prede emu"lacione fregerunt. Et sic est finis.

"Explicit hystoria magni Alexandri Imperatoris "sub año Domini 1433 in vigilia ascensionis".

Hæc historia Alexandri M. iñumeris scatens fabulis incerti adhuc est Authoris. Montfaucon Biblioth. Bibl. T. I. p. 478. et T. II. p. 765. Alex. M. historiam fabulosam cuidam Calisteni tribui ait. Fabric. Biblioth. græc. T. 2. c. 8. p. 207. in catalogo Scriptorum de reb. gest. Alex. M. adducit Æsopum /: quem non nulli eundem esse dicunt cum Julio Valerio:/ latinum interpretem historiæ græcæ fabulosæ de Alexandro, quam ad Calistenem auctorem referunt Codices Mss.